



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae  
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris  
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae, 1595**

**VD16 ZV 18288**

S. Bademi Abbatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

22 MARTYRIUM S. BADEMI.  
MARTYRIUM S. BADEMI ARCHIEPISCOPI  
mandrita. ex Simeone Metaphraste.

3. Aprilis.

Quo tempore quadraginta illi sancti martyres gloriosum pro Christi nomine certamine subierunt, Bademus una cum septem suis quibusdam discipulis Saporij regis iussu in vincula coniectus fuit. Erat autem Bademus oriundus ex urbe Betlapat, parietibus imprimis valde diuitibus. Cum vero contemptis diuitijs, spreteque corporis voluptate, in sempiterna voluptatis studium tota mente duceretur, monasterium extra urbem edificauit & iugi diuinarum rerum meditatione ad eximium & rarum quoddam sanctitatis decus peruenit.

Bademi patria.

Extruit monasterium.

Trahitur cum suis discipulis in carcerem.

Nersan princeps urbis Ariz deficit a Christo.

Nersan iubetur interficere Bademum.

Cumque ex eo loco propter Christiane pietatis studium in carcerem protractus fuisset, menses admodum quatuor cum septem discipulis grauiam ta insigni patientie documento pertulit. Erat autem eo tempore princeps urbis Ariz Nersan dictus uiculis similiter propter Christi nomen constrictus, sed is partim inani mortis formidine victus, partim terrenarum rerum cupiditate inflamatus, tepiter defecerat, & ad Satane castra confugerat. Quo audito Rex incredibili gaudio affectus, Bademum suis conspectibus in atrio palatii presentari iussit, ut eum vel minis vel promissis eandem in pestem impelleret. Sed cum Bademum, animo in Christiano more egregie firmato, minas pariter ac blandimenta repellere cerneret, Nersan uinculis iam absolute mandauit, si uellet amplissimis eius potiri facultatibus, stricto gladio eum inuaderet, ac crudelitertenectione deleret. Nersan cum tota auaritia perituris illis bonis inhiaret, cupiditate cecus enitens arripit: sed ut sublata manu in sacrum illud perfigere tentauit protinus ingenti quodam tremore



correptus, lapidis instar, immotus permanfit.

At Christi martyr pio oculorū obtutu eum con-  
figēs: O Nersan, inquit, vsquequò tua malitia pro-  
greditur? Non s'atis tibi est Christum Saluatorem  
negasse, nisi in illius etiam seruos mente crudeli ac  
truculēta manu inueharis? Væ tibi, vq̄ tibi, infœlix.  
Quid facies, aut quò fugies in terribili illo Dei iu-  
dicio, vbi n' illis euadendi locus relictus erit? Ille  
verò his sermonibus nihil permotus, impia mente  
in proposito scelere perseuerabat, ac stricto ense  
mortem viro sancto inferre nitebatur: sed tremula  
manus, nec semel quidem opportunitam plagam in-  
figere potuit. At beatus Bademus multis impoten-  
tis gladij ictibus concisus, sanctū Deo spiritum tra-  
didit: Nersan verò, qui cæca mente ad diuitias aspi-  
rabat, ijs non modo non potitus est, sed debitas eti-  
am, diuersis oppressus malis ac tandem ense malè  
perditos, pœnas luit. Septem autem eius discipuli,  
quatuor annis carceris squalore vexati, tandē mor-  
te Saborij regis in libertatem restituti sunt.

Badem' ob-  
iurgat Ner-  
san.

Badem' red-  
dit spiritū.

Vltio diui-  
na in Ner-  
san.

#### VITA S. MARIAE AEGYPTIACAE.

*ex ea quam Sophronius Episcopus Hierosolymitanus  
scriptam reliquit. Claruit autem hac Maria tempo-  
ribus Iustini Senioris Imperatoris, circa annum Do-  
mini quingentesimum atque vigesimum.*

**Z**ozimas qui fuit monachorum vnus insigni  
vite sanctitate præditus, cum maioris desi-  
derio perfectionis ex piâ cōsuetudine, pri-  
ma sacri quadragesimalis die, vltra Iordanē in hor-  
rida & inculta deserti loca exiisset, vt anachore-  
tarum aliquem sanctitate conspicuum inueniret, à  
quo verba salutis haurire posset, vidit fortè inam-  
bulas & totus cælestium rerum meditationi inten-  
tus,

9. Aprilis.

Zozimas  
monachus  
insignis.